Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dicit enim quid sint fideles uiuq· oues pascuae dni· quia aeternis dilitionis felici sorte saciantur, nam qui uocem dni non audit· nec grex dicitur· nec in pascuis eius collocatur, hodie, p quolibet tempore positum est· uelut dicatur· quocumq· tempore uel die eius uocem audiertis nolite obdurare corda uestra 7

Ubi significat in deserto, ibi apparuit potestas xpi· quando esca uenit exaere· et potus exlapide 7

Et isti non cognouerunt· quia quadraginta annorum beneficius di adquiescere noluerunt, Duobus modis iurare dicitur ds, lurat placidus· atque mtis· hic autem iurare dicitur· iratus· quia uindictam nosetur comminari, Quid est aliud in requiem di non introire· nisi perpetua tormenta suscipere 7

Et nos populus pascuae eius & oues manus eius· hodie si uocē eius audiertis nolite obdurare corda uestra 7

Sicut in irritatione· secundum die temptationis in deserto 7

Ubi tentauerunt me patres uestri· probauerunt ÷ me: & uiderunt opera mea 7

Quadraginta annis offensus fui generationi illi· & dixi semp errant corde 7

Et isti non cognouerunt uias meas ·:· ut iuraui in ira mea· si intrabunt in requiem meam 7

QUANDO DOMUS AEDIFICABATUR POST CAPTIUITATEM· CANTICUM HUIC DAUID 7

Laus fidelium· de xpi incarnatione ·:· & de exultatione ecclesiae·

Temptatio enim iudaica· contra morsen grauis murmuratione surrexit dicens, Nec escam in deserto sibi· nec aquam dari potabilem diuina largitate concedi, qua propter culpa parentum istis repetitur ut debita uindicta timeatur 7

Quadraginta annis· omne tempus uitae praesentis significat, Denarius etenim numerus· perfectus est 7 qui dum ad quattuor mundi partes adiungitur· ad quadragenarium usq· peruenit 7

Domus enim ista est uniuersalis ecclesia· in qua xps inhabitat 7 quae destructa aedificatur· quando anima post captiuitatem peccati· admittel legem iaeritatis coepit dno prestante remeare, nec aedificare desinit· donec usque ad finem saeculi praedistinatorū numerus impleatur 7